

## Le livre des serfs de Marmoutier, Nr. 125

Noverint nostri presentes et posteri juvenem quendam, nomine Adam, arte carpentarium, ex libero genere ortum, sponte propria servum esse factum Sancti Martini et nostrum, positisque ex more IIIor denariis super capud suum, per eos se cum tota si qua fuerit stirpe sua, tradidisse servitutum Sancto Martino et nobis suis Majoris Monasterii monachis, tam presentibus quam futuris, per manum domni abbatis nostri id tempus Bartholomei, anno ab incarnatione Domini Mo LXXXo Io. Testibus istis: Odone cellario, Martino cellario, Ledaldo camerlenco, Algiso coquo, Bernardo coco, Durando coco, Abrammio ostiario.